Ego. Franciscus Cederhälm Sac: Cæs: Mtis ad Sanctum Pont: pro oratore suo Romæ existens. die 20 oct: is (datum)

Maximilianus Secundus &c.

Magce fidelis nobis dilecte. Scripsimus tibi proxime preteritis diebus, quod inexpectatum, et molestum nobis accidenit, Sm. D. Pontificem Max: usque adeo graviter tulisse, quod spem fecerimus duobus huius nostri Archiducatus Austriæ Superi, et infra Anasum ordinibus, baronum, militum, atque nobilium, tolerandi sub certis conditionibus, usum confessionis Augustanæ; quorum nonnulli ex electoribus, principibus, ordinibus, ac statibus Sacri Do: Imp: Divo quon: Imp: Carolo quinto Augustæ mem: patruo, socero, et predecessori nostro carissimo obtulerunt. quoniam nihil minus ea in re cogitavimus, quàm Sis eius animum, quem nobis omni fidelis obsequij studio benevolum conseruandum, semper statuimus, offendere. existimantes consensionem, et unanimitatem nostram, toti reip: utilem, et salutarem esse; ex eo aut tempore, quo ista scripsimus, huius negotij statum, et qualitatem altius quoque perpendimus, et in primis diligenter consideravimus breue illud Sis eius, quod nobis Sis eius nuncius Pdus deductus, sincere nobis dilectus Melchior Pillia protonot. Apticus reddidit. in quo licet quædam contineantur, quæ ostendunt animum Sis eius uehementer commotum, et exasperatum (sicuti ex eiusdem breuis adiuncto exemplo perspicies) nobisque propterea singularem molestiam attulerunt; illud tamen cu ex eodem breui, tum etiam ex literis tuis libenter admodum intelleximus, quod Sis eius ipsamet agnoscat, et fateatur nos dolentes, et invitos ad eiusmodi consilia defendisse; Itam rectissime iudicat Sis eius, quia nisi nos impulisset ipsa necessitas, quæ sane longe gravior est, quàm fortasse aliqui imaginentur, qui nostrarum rerum no cum